num copia salubritate admixta hominū : quæ nisi
quis viderit : credulitatem superat . Huius arbores
pascua & fructus / multū ab illis Iohanę differūt .
Hæc præterea Hispana diuerso aromatis genere /
auro metallisq; abundat . cuius quidem & omnium
aliarum quas ego vidi : & quarum cognitionem
baheo incolę vtriusq; sexus : nudi semꝑ incedunt :



queadmodū edunt in lucem . præter aliquas fęmi=
nas . quę folio fronde ue aliqua : aut bombicino ve=
lo : pudenda operiunt : quod ipsę sibi ad id negocii
parant . Carent hi omnes (vt supra dixi) quocunq;
genere ferri . carent & armis : vtpote sibi ignotis . nec
ad ea sunt apti . non propter corporis deformitatē :
(cum sint bene formati) sed quia sunt timidi ac ple
ni formidine . gestant tamen ꝓ armis arundines so
le perustas : in quaꝝ radicibus : hastile quoddam li=
gneum siccum & in mucronem attenuatum figūt :
neq; his audent iugiter vti : nam sæpe euenit cū mi=
serim duos vel tris homines ex meis ad aliquas vil=
las : vt cum earum loquerent incolis : exiisse agmen
glomeratum ex Indis : & vbi nostros appropinqua
re videbant : fugam celeriter arripuisse : despretis a
patre liberis / & econtra . & hoc non ꝙ cuipiam eoꝝ
damnum aliquod vel iniuria illata fuerit : immo ad
quoscunq; appuli : & quibus cū verbum facere po=
tui : quicquid habebam sum elargitus : pannū alia=
q; ꝑmulta : nulla mihi facta versura : sed sunt natu=
ra pauidi ac timidi . Cęterum vbi se cernunt tutos :
omni metu repulso : sunt admodū simplices ac bo=
nę fidei : & in omnibus quæ habent liberalissimi : ro
ganti ꝙ possidet inficiatur nemo : quin ipsi nos ad
id poscendum inuitant . Maximum erga omnes a=
morē pręseferūt : dant quęq; magna ꝓ paruis . mini
ma licet re / nihiloue cōtenti : ego attñ ꝓhibui ne tā
minima & nullius precii hisce darentur : vt sunt lan=